Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

Ivffly.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

Visual Library

criminoſos facere quã eccleſiæ doctrinã, & abſq; omni fun-
damento garrulat̃, quo nam modo peccator in dñi aduentu
nocte & improuiſe ac agitanter inuadat̃. Nunquid & nobis
iuſtũ eſt dicere, quicunq; peccator ſic in ſuis peccatis depre-
hendit̃ & morit̃, ut Iuffly narrat, neq; huic tam proſpere ſuc-
cedet ut in purgatoriũ deueniat. Quãobrẽ per eorũ nouã ſe-
ductoriã doctrinã homines nihil meliorant̃ quum nullã ſint
pœnã expectaturi. Ad mea duo ſcripturarũ dicta ad illď Co-
rint. dicit ipſe, nõ ei illic probatũ Pauli de purgatorio loqui,
neq; ex toto aliqd adportat, de quo igne loquat̃, & ego ſicut
induxi, ita uerba Pauli intellexerunt diui Ambroſius, Hiero
nymus, Auguſtinus, qui fere tã fuerũt docti ut eſt ipſe Iuffly.
Quantũ uero illũ angat liber Machabæorũ inductus ex toto
ſinit intactũ, ſed illud dictũ potẽs eſt & apud Chriſtianũ fide-
lem ſufficiens, etiã ſicut Lutherus ipſe dicit. Adhuc unicã ſcri
pturã Iuffly dabo i. Iohan. v. Qui ſcit fratrẽ ſuũ peccare, non
ad mortẽ petat & dabitur ei uita peccãti non ad mortem. Eſt
peccatũ ad mortẽ, non pro illo dico ut roget quis. Hic iam au
ditur ſcď'm Iohannẽ dicere intercedendũ & rogandũ & non
pro alio, hoc pro uiuis nõ fit, quã diu enim uiuit homo de eo
finaliter deſperari non debemus. Ideoq; de mortuis eſt dictũ
ubi non pro illis oratur qui in perpetua ſunt morte, ſed orat̃
pro illis in purgatorio. At nunc audẽter Iuffly adportate ſcri-
pturas, neq; dilaceretis eas dicẽdo non eſſe purgatoriũ, ſicut
tu ad ſanctum Gallum longo tempore clamaſti.

IVFFLY.

ITa concludere uolo. Sicut dñs meus doctor multos ſermo
nes induxit, & tñ dicta ex euãgeliſtis Iohanne & Paulo ad
huc nõ ex toto euerſa ſunt. Ex propheta Ezechiele notũ mihi
eſt, ſimiliter ex aliĳs ꝓphetis deũ ſæpe peccata corrigere, ſicut
& crebro hoc tempore fecit. Sed purgatorĳ pœnæ ratiõe ad-
huc nullũ audiui intellectũ. Item quia dñs meus doctor quin
tum caput canonicæ Iohannis inducit, loquitur Iohannes de

peccato

peccato hic temporaliter perpetrato, ſic iugiter pro inuicem orare debemus, ſicut nos Chriſtus docuit Matthæi vi. Sicq; ego me ad ſcripturas remitto. Librum autem Machabeorum relinquo ſcripturarum doctis.

D. ECKIVS.

Dicit quatuor dicta nondum euerſa, auertat a me deus, quod ipſe uelim dei uerbum euertere, ſed falſus intellectus cum quo Iuſſly ſimplices ſeducit, hunc ego cum ſcripturis oppoſitis de peccatorum correctione ſine pœna euerti. Ipſe conſitetur deum poſt pœnitentiam correxiſſe, nunc autem deus iniuſtus non eſt, ideoq; & ille correctione dignus erat. Et ſi aduerſæ partis doctrina uera eſſet, haberet lucrum malus ſuæ malitiæ, qui mane pœnitentiam ageret ſicut Dauid, ipſe punitur. Et qui in morte ſua pœnitentiam ageret, abſq; ulla correctione, ſine purgatorio ueniret in cœleſtia gaudia, quod non eſt poſſibile ſecundum communem iuſtitiæ uiam. Ad dictum meum Iohannis nihil dicere nouit, quam ut pro inuicem oremus, hoc nihil eſt dictum, oportet ut oſtendat, ſicut Iohannes dicit, quare pro uno orandũ eſt, & pro altero non, hoc non fit hic in uita. De libro Machabæorum in calamum loqui non uult, nihilominus eius eſt opinionis cuius ſuus frater in Chriſto Zwinglius, qui hunc pro fabellarum libro tenet. Ego dico Auguſtinum hunc librum ſacras literas non feciſſe, ſicut Iuſſly ſomniat, ſed teſtatus eſt Auguſtinus eccleſiam illum acceptaſſe librum in numerum ſacrarum literarum & hoc idem teſtatur diuus Hieronymus. Ideoq; qui hũc non acceptat librum ſicut & alias ſacras literas eccleſiæ non eſt uetus filius, ſed illegittimus Chriſtianæ eccleſiæ. Neq; dicit Hieronymus hunc librum non eſſe ſacras literas, ſicut Iuſſly proponit, ſed quod apud ſinagogam Iudæorum non fuerit in canone. Cum his Iuſſly precor ut a ſuo errore deſiſtat, ſicut alijs ſupplicaui.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN